



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 89. Cardinalis Zuniga mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.
A.C. 1571.

Henrico Navarræ Principi hæretico, qui anathemate percussus erat, in conjugem traderet: cum ergo Alexandrinus cuncta hæc sibi a Pontifice injuncta Carolo Regi proponeret, hic in respondis dedit: „mallem potius mori, quam me „Principum fœderi contra Turcas fau- „cito opponere; cum autem bellis prio- „ribus æraria mea sint exhausta, ac sub- „diti mei ad incitas redacti, hinc præ- „fatæ armorum societati nomen dare „præpedior: Aquensis vero Archiepi- „scopus nonnisi in privatis causis, quæ „Regnum meum concernunt, Constanti- „nopolin missus est: quod autem Mar- „garitam Sororem meam Henrico de- „sponderim, de principum, prudentium- „que virorum consilio factum fuit tum ob multa alia, tum ob summam spem conceptam de egregia indole, ac futura conversione Navarri Principis, ubi tempus aliquando declarabit, quodnam in his consilium meum fuerit.

Equidem Pontifex hoc Regis responso contentus esse cogebatur, constanter tamen pro hoc connubio petitam legis veniam concedere recusabat.

§. LXXXIX.

Cardinalis Zuniga mortuus.

Ciacon. vit.
Portif. t. 3.
p. 1039.

Sacrum Purpuratorum Collegium hoc anno quatuor Cardinalium jacturam de-

Sæcul. XVI.
A. C. 1571.

deplorabat: defuncti enim erant Caspa-
 rus Zuniga, Carolus de Grassis, Hie-
 ronymus Souchierus, & Laurentius
 Strozzius, quibus numero quinto non
 accensemus Castillionæum olim Cardi-
 nalem, qui post perfidam suam a fide
 defectionem, sacrilegasque nuptias fa-
 cri Collegii membris adnumerari haud
 meretur: ex reliquis autem primus erat
 Francisci de Zuniga tertii Mirandæ Co-
 mitis, ac de Avellaneda Navarrensis
 Proregis, & Velleris aurei Equitis Fi-
 lius, qui in Universitate Salmanticensi
 Theologiam cum ingenti nominis sui
 laude publice professus, atque anno Sa-
 lutis nostræ millesimo quingentesimo
 quinquagesimo a Carolo V. Imperatore
 ad Segobiensem Episcopatum nomina-
 tus est, cui Ecclesiæ tamdiu præfuit,
 donec a Philippo II. Hispaniæ Rege ad
 Hispalensem Sedem eveheretur, tan-
 dem vero a Pio V. Papa, dum Anno
 post Christum natum millesimo quin-
 gentesimo septuagesimo tertia vice Car-
 dinales creaverat, Romana Purpura
 auctus est eo tempore, quo Joanes
 Zuniga ejus Patruus Regis Hispaniæ
 legationem Romæ apud summum
 Pontificem obibat. Ceterum Casparus
 in Principum Christianorum fœdere con-
 tra Turcas fanciendo egregiam nava-
 bat operam, simulque a Philippo II.

Tt 4

cum

Sæcul. XVI.
A. C. 1571.

cum Francisco Zuniga Beari Duce in Germaniam contendere jubebatur, ut connubium Regis cum Anna natu majore Maximiliani Cæsaris Filia promoveret. His nuptiis Hispali celebratis Casparus ad suam Diæcesin reversus in civitate vulgo *Soen* dicta hoc anno die secunda Februarii in itinere obiit: corpus tamen ejus ad suam Diæcesin delatum, ibidem in Sacello Beatæ Virginis prope aram maximam terræ mandatum est.

§. XC.

Cardinalis de Grassis vita fundus.

Ciacon. l. c. p. 1046.
Aubery l. c. Gabut. in vita Pii V. Ughel Italia Sacra.
Carolus de Grassis patria Bononiensis ex nobili familia natus Joannis Antonii Filius erat, qui a Julio III. Papa Camerae Apostolicæ Clericus, Perusiæ & Umbriæ, ac deinde Romanæ Urbis Gubernator a Pio V. nominatus, atque ob multa probitatis ab eodem fidei, & doctrinæ testimonia, operamque in Concilio Tridentino navatam, Presbyter Cardinalis S. Agnetis in agone, ac mox S. Luciae, & postea S. Euphemiae, quartus suæ gentis Cardinalis renunciatus est, dum jam antea ex Bononiensis Ecclesiæ Archipresbytero Montis Flascovenis, & Castro - Noviensis Episcopus creatus fuerat. Interfuit is quoque Tridentino Concilio, in quo suæ erga fam